iter, per viam fuisset exsiccatum lutum, frater ille inde ipsum amovit manibus confricando; quo facto sic reunita et integrata illa scissura apparuit, ac si tunica ipsa nunquam lacerata fuisset.

(XX.) Idem F. Albertus retulit, quod quum esset cum B. Dominico vadens cum eo Tolosam, et pervenissent ad locum quendam in finibus Lombardiae, oportuit eos ad commune hospitium cum quibusdam saecularibus declinare. Quumque sederet ad mensam, caeteris recipientibus carnes, quas opposuerat hospita, B. Dominicus una cum sociis carnes recipere recusavit. Illa igitur videns B. Dominicum una cum sociis modico vino uti soloque contentari pane, unde aedificari ad poenitentiam debuit, inde maximam indignationem ostendit, eo quod de ipsius et sociorum prandio se parum lucrari posse judicavit; Deique timore postposito, in servum Christi verbis injuriosis et stomachantibus insurrexit. Quumque beati viri humilitate benignis responsis placari non posset, sed iterum atque iterum ipsum injuriis et contumeliis lacesseret, nec precibus vel persuasionibus astantium ei posset imponi silentium, B. Dominicum rogaverunt omnes, ut oratione sua tanto furori remedium adhiberet. Tunc B. Dominicus zelo Dei, non cordis amaritudine provocatus, utpote qui erat in tribulationibus indefessus, ait: Ut discas, filia, servos Dei caritative suscipere et pro eo, quod tali Domino serviunt, de caetero ab eorum injuriis abstinere, rogo Dominum Jesum Christum, ut tibi imponat pro tua correctione silentium. Statim igitur, ut B. Dominicus verba complevit, mulier muta totaliter est effecta, nec unquam potuit verbum loqui ulterius, usque ad B. Dominici reditum de Tolosa. Qui post octo menses Bononiam rediens et inde transitum faciens, invenit eam penitus loqui non posse. Quae viso eo, ejus pedibus humiliter provoluta, cum lacrimis misericordiam postulavit. Qui facta brevi oratione, signum crucis Christi super os ejus posuit, et confestim solutum est vinculum linguae ejus.

(XXI.) Contigit semel B. Dominicum et Franciscum pro suorum institutione et augmento Ordinum per Lombardiam euntes simul esse Cremonae, et quum B. Dominicus B. Franciscum in suo visitasset loco, simulque ambo, ut eorum moris erat, de spiritualibus loquerentur, fratres quidam de Ordine B. Francisci, accedentes ad ipsum dixerunt: Quum in loco isto aquam claram non possimus habere, rogamus vos, patres nostros, servos Dei altissimi, ut oretis Dominum, ut putei nostri aquam sanare dignetur, quae turbida est et corrupta. Quumque patres sancti se invicem respicerent, et pro responsione facienda unus alium invitaret, B. Dominicus dixit fratribus: Haurite de aqua ipsa et afferte nobis. Quum autem ei attulissent in vasculo, et ut ipsi dixerunt corrupta videretur et turbida, B. Dominicus dixit B. Francisco: Benedic, pater, aquam istam in nomine Domini. B. autem Franciscus respondit: Benedic tu eam, pater, quia major es. Et quum diu pia reluctatione se invicem honorare praevenissent, B. Dominicus coactus a B. Francisco, signum crucis super vasculum aquae dedit, et jussit, ut aqua illa benedicta statim funderetur in puteum. Quo facto jussit hauriri, quae confestim ab omni turbulentia purgata clarissima effecta est, ipsamque sinceritatem usque hodie operante Domino conservavit.

KATONA LAJOS.

«TORCULAR ENGADDI.»

Ladiver Illyés ily czímű egyleveles művét, mely az 1683. okt. 4—10. napjain tartandó vizsgálatokra hívja meg a város polgárait, említi Szabó Károly »Régi Magyar Könyvtára« II. köt. 1524. szám alatt, igen helyesen lőcsei nyomtatványnak tartva s a nyomtatás évét 1683-ra téve. Egy példányt ismer belőle, a pozsonyi ev. lyceum könyvtárában s mint mondja »*ezen példány aljának egy része kiszakadt s az öt alsó sorban egyes szavak hijányzanak*«. A Radvánszky-levéltárból újabban

előkerült egy teljesen ép példány, mely Radvánszky Jánosé volt valaha, a ki ez időtájban ott tanult. Ez a körülmény, valamint tartalmának érdekes művelődéstörténeti adatai miatt megérdemli, hogy itt most teljes egészében betühíven közöljük:

«TORCULAR ENGADDI, | ILLUSTRIS COLLEGII EVANGEL. STAT. EPERIENSIS, | indicto EXAMINE | ANNO M. DC. LXXXIII. à 4. ad 10. Oktobris. |

DUm MARS bellicis pro PATRIA inſudat vineis ſedemq; Armorum è viſceribus ſuis ad Auſtrum tranſtulit; ARS quoq; æmulam Certaminum defigit in pagina Arenam ſegetemq; calamorum ex umbris in lucem publici Examinis protrahit, dum *Pace non inventâ ſed repertâ* VINETUM publicum PATRIÆ, quo ſit excultum conatu, comprobat annui laboris racematione. Inter ſpara enim & lituos indulſit huic Vineæ quietem ille VINITOR botri Engaddi DEUS, poſtquam hyeme & imbre diſpulſo, de cœlo gratiosè reſpexit labruſcas, in otia creſcentes & revocatis horâ Exilii undecimâ Operariis in Vineam, alligare præcepit tenellas Vites ad Palum Funiculis Artium. O quanta hæc TUA, ô DEUS, GRATIA! quàm levis gratitudo noſtra! quòd Vineam hanc deſolatam iterum plantare dignaris: quòd inanen & vacuam luce cœlesti adimples: quòd ſub umbra Alarum Tuarum ab æſtibus tutam, à calamitate ſinceram, à vulpibus deſolantibus mácerias ſecuram, defendiſti, conſecraſti, ampliaſti. O DOMINE! Minores ſumus cunctis Miſerationibus Tuis! O DOMINE! Tuere porrò à laqueo Venantium nos: à Sagitta volante à meridie defende nos! Tuere velut pupillam Oculi Tui, Oculum HUNGARIÆ PRINCIPEM, quem elevavit & firmavit manus dexteræ TUÆ in ſalutem Populo tuo! THRONUMq; ejus SPIRITU PRINCIPALI in ſeram Nepotum ſeriem confirma! Irrigavit verò Vineam hanc CELSISSIMUS PRINCEPS ac DOMINUS HUNGARIÆ, DOMINUS EMERICUS THÖKÖLI, Collegii Statuum RESTAURATOR & NUTRITIUS Munificentiſſimus, ut creſceret in palmites frugiferos, adeo, ut quod olim Aurelius Victor in Panegyri de PRINCIPE OPTIMO TRAJANO dixit, verè CELSISSIMUS PRINCEPS ad *reſtituendum bonas Artes cœlitùs à DEO ſit miſſus,* imò (addo & Veritas mecum) ad reſtituendum Gentilem Libertatem REGNO, velut JOAS ex tenebris in lucem Hungariæ exortus THRONUM PRINCIPALEM Patriæ primùm, poſt Orbis judicio meruit. Augeat, Augeat Annalibus (in hoc Voto omnes unum ſumus) CELSISSIMUM DECUS hoc togatæ PACIS poſt bella Annos, ut ſerenatum Phœbes radiis, quod olim in Symbolo non Vanus Augur habuit oriens *Redeat plenius* Aquasq; è Petris & Cruce in fluxum refluxumq; novo trahat & ducat ſidere. *Spem præripiet ſpe beatior eventus!*

Hujus CELSISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI CLEMENTISSIMI Authoritate & Jufsu, ab ipfis Principiis Humanitatis in primum ufque aditum PHILOSOPHIÆ intra vertentem Annum Claffes funt erectæ: Arcæ in Vites Varias cultæ: & jam botri Cypri iverunt in primos flores, in Torcular Engaddi fat fecimus dum hoc fategimus. Hoc enim ipfum cum fponfo fanguinum, qui proprio cruore redemit & afferuit Vineam falutis, pollicemur; flores damus; fructus dabit pofterior fedulitas. In Logicæ Operationibus annuus quievit labor ac etiam fuperiores Phyficæ & Metaphyficæ pollicetur racemos, ubi MARS PALMATUS triumphârit. Crefcent inquam & reliquiæ Philofophicæ Classes fub SOLE Munifico in figno LEONIS decurrente, exfudatisq; in Culmos fæveriores vitibus calore refufcitabuntur placido. Ergo (quod felix fauftumq; effe jubeat DEUS TER OPTIMUS) Vindemia publica Scholæ indicitur: DIES 4. Octobr. ad 10. tempus ftatum eft: in quo Torculari Examinis & Profefforum labor & Præceptorum fedulitas, & Difcipulorum profectus in Vinum exprimentur Iudicii & Cenfuræ publicæ. Amphyction Rex Athenienfium in Nympharum Delubro inter horas erexit Templũ RECTI BACCHI, eo quòd temperatè vino utentes vidiffet recte ambulare, cùm antea curvi ob potum meri incederent. Rectus & hic Lyæus noftri Lycei eft, cùm non ut ante emotæ mentis vertiginem fed vinum falubre, quod lætificet cor hominum, inter horas publicas, in hoc Mufarum & Nympharũ Delubro deftillabit cæforum pluteorum & unguium demorforum Vindex. Ad hoc itaq; publicum Examen Anni M. DC. LXXXIII. Annuente clemente CELSISSIMO PRINCIPE, Difponentibus Generofis ac Nobiliffimis Dominis Infpectoribus producentur Claffes fub ASTRIS LEONIS & PARDI germinantes vinum Virginum i. e. doctrinæ puræ & vitæ inculpatæ. Ite ad hoc celeres Cives Collegij! ite in Patriæ cenfuram & cum Sunamitide flores veftri dent gratum odorem. Ite animofi in Examen Vindemiæ! Teffera veftra efto: *Bene emicat, qui bene dimicat:* Speret (hoc Amor, hoc Patrocinium favet) fperet calamus atramento candidum laudis fuffragium, ut dum fudor exprimet præconium, reftaurato iterum (profperante DEO MAXIMO) poft Vacationes folitas die S. Martini aut fummum die S. Andreæ Vineto, omnes imò velut Pfecæ aves turmatim in Culturam auctiorem renoventur plures palmites: Hoc optat & fperat ELIAS LADIVER Coll: Eper: Direct:»

Közli: DÉZSI L.